



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 76. Oratio Juliani Cardinalis fideles ad rumpendas inducias adhortantis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

fœdus fese exponerent, eoquod fidem Sæcul. XV.
suam prius obstrinxissent Eugenio Pon- A. C. 1444.
tifici, Joanni Palæologo Imperatori,
Græcis omnibus, simulque Latinis, qui Phranz,
omnes petita, atque promissa ab eis au-
xilia jam præsto habebant. Insuper ani-
mo suo volutabant, quod absque sum-
mæ perfidiæ nota ceteros Principes in
discrimine, in quod eos pellegerant, lu-
stantes relinquere haud possent. Præter
hæc apparebat opportuna quædam rum-
pendæ concordiæ caufsa, cum & ipsi
Turcæ quorundam pactorum fidem haud
servassent, eoquod nec captivos ad con-
stitutam diem liberos dimisissent, nec ur-
bes ab eis occupatas reddidissent.

§. LXXVI.

Oratio Juliani Cardinalis fideles ad rumpendas inducias inducturi.

Itaque Julianus Cardinalis Legatus, cum Bonfin. ibid.
Principes suspensos hærere cerneret, l. 6. dec. 3.
an inducias servare, an bellum restaurare p. 483. edis.
satius esset, opportunam inde capiebat Basil. fol.
1568. occasionem, ut magno animi ardore, ac
eloquentiæ vi exercitus Christiani Duci-
bus, quid egerint, ante oculos poneret,
„videtis modo, inquietabat, in quantum
„malorum cumulum vos præceps consi-
„lium conjecerit, dum pacem cum infida
„Turcarum Natione pepigistis, & violata

Sæcul. XV. „fide foedus cum Papa, aliisque Princi-
A. C. 1414. „pibus jurato antea initum rescidistis,
 „idque exiguae admodum utilitatis gra-
 „tia, ut Mysiam diu misere depopulatam
 „recuperaretis, quæ rursum ad breve
 „tempus intercipi potest. Quare cum al-
 „terum hoc foedus cum Turcis recens
 „pactum honori ac existimationi vestræ
 „non modicam inurat labem, majusque
 „bono Ecclesiæ damnum inferat, absque
 „hæsitatione alterum hoc foedus rescin-
 „dite, ne infringatis primum illud, quod
 „cum Eugenio Pontifice maximo, Joan-
 „ne Palæologo, cum Græcis & Italib[us] in-
 „iistis. Quid enim, prosequebatur Car-
 „dinalis, respondebitis Imperatori Con-
 „stantinopolitano, qui juxta promissi fi-
 „dem jam dudum excubat in castris, &
 „vestrum in tanta opportunitate expe-
 „ctat exercitum? quid Eugenio Papæ,
 „quid Venetis & Genuensibus, qui clas-
 „sem jamjam instructam habebant? quid
 „Burgundionibus, qui ardore fidei exci-
 „tati ex Oceano diu solverunt, & tot pe-
 „ricula maris emensi, jam in Hellesponto
 „infidelium vires frangere parati naviga-
 „bant, responsuri estis? Adfui quidem
 „& ego, addebat idem, dum execrabile
 „id foedus cum Christiani nominis hosti-
 „bus iustum fuerat: verum quantum in
 „me fuit, ne id fieret, intercessi, illud im-
 „probavi, & instantissime damnaui; sed
 „quod

„quod aliquantulum a meo fervore re^s Sæcul. XV.
„miserim, Huniadis sapientia & auctori^{A. G. 1444.}
„tate, ac Georgii Despotæ commisera
„tione victus; ac ne commodorum po
„puli Hungarici, & vicinarum gentium op
„pugnator audirem, tristis & invitus ces
„seram, haud inscius, hinc salutem Chri
„stianæ Reipublicæ labefactari, spemque
„gloriæ, & immortalitatis extingui.
„Quare vos adhortor, ut antequam per
„fidiæ vestræ rumor longius sese effun
„dat, vosmetipsos ab hac infamia vin
„dicetis.

§. LXXVII.

*Legatus pacta servari cupientium
timores dissipat.*

Cum vero violati foederis, & quidem *Gobelin.*
Sacramenti Religione firmati pro- *Perf. comm.*
brum non pauci Christiani sibi objectari
timerent, & conscientiæ stimulis agitati
fluctuarent, Legatus illis animum addi
dit, dicens: „Fas est quandoque publi
cæ salutis gratia, neque stare pactis,
„bono communi contrariis, neque per
„fidis fidem servare. Evidem jusju
„randum justitiæ, ac veritati innixum,
„omnium judicio religiose servandum:
„quod autem non modo in privatum, sed
„& publicum cedit exitium, illud irri
„tum ac vanum esse debet. Dispicet

F 5

„Deo